

Collectio 91 capitulorum

Transcription version 0.9 (ix.2021)

For this transcription of the *Collectio 91 capitulorum* from the sole surviving manuscript, Vesoul, Bibliothèque municipale 73 (79), I mostly follow the editorial conventions used by Michael Elliot in his studies of canon law in Anglo-Saxon England. The transcript thus attempts to reproduce the manuscript text as accurately and diplomatically as possible, without emendations to the text, even when it is obviously ungrammatical. Manuscript punctuation, which is quite consistent in this manuscript, has been preserved, as well as the (lack of) capitalization and orthography. This includes the distinction between ‘e/ę’; ‘æ’ has been transcribed as ‘ae’; ‘u/U’ has been used by the scribe throughout, including the rubrics, for the more modern ‘v/V’. Abbreviations and suspensions have been expanded in *italic* type. Rubrics have been rendered in **bold** type. Folio changes are indicated within ‘[...]’.

Original chapter numbers have been retained (including one obvious scribal error). The chapters are preceded by a ‘code’, which may be used in later research.

Corrections, additions and other alterations to the text are reported in-line within ‘{...}’, like ‘add.’ (for in-line additions); ‘add. marg.’; ‘add. sup. lin.’; ‘corr.’ (indicating the correction of the previous word—corrections all seem to be contemporary), ‘marg.’ (in particular the *nota* ‘R’).

Source information (*fontes materiales*) will be provided in a later version. Biblical references are given in-line within ‘{...}’.

		[Fol. 44r] INCIPIT INSTITUTIO CANONUM
Coll.91.1	I	[Fol. 44v] Ut sacerdotes signa tangant { <i>add. sup. lin. ad</i> } horas canonicas, et illorum officium agant siue diurnale s[ive nocturnale], quia scriptum est: Sine intermissione orate. Et idcirco non dimitant { <i>corr. dimittant</i> } horas canonicas
Coll.91.2	II	Ut stolas portent propter signum castitatis, sicut decretum est.
Coll.91.3	III	‘Te igitur’ non inchoent nisi post angelicum hymnum finitum.
Coll.91.4	IIII	Adnuntient etiam presbiteri omnibus fidelibus sibi subiectis symbolum et orationem [dominicam] memoriae commendari, ut fide et oratione sancto spiritu inlustrante saluentur
Coll.91.5	U	Adnuntient presbiteri, ut neque uiri neque femine de sacro fonte filios { <i>corr. filiolos</i> } uel filiolas suscipiant, si non memoriter symbolum et orationem dominicam tenuerint
Coll.91.6	UI	Adnuntient ut quomodo celerrime potuerint, ipsos infantulos ad confirmandum episcopo presentare faciant.
Coll.91.7	UII	Ut presbiteri sine sacro crismate et oleo benedicto et salubri eucharistia, alicubi non proficiscantur, sed ubicumque uel fortuito requisiti fuerint ad officium suum inueniantur parati in reddendo debito.
Coll.91.8	UIII	Ut omnes presbiteri [Fol. 45r] oleum infirmorum ab episcopo expetant secumque habeant, et admoneant fideles infirmos ut illud exquirere, eodem oleo perunctos a presbiteris, oratio fidei saluet infirmos.
Coll.91.9	UIIII	Ut unusquisque presbiter parrochianus alicubi non presumat chrisam arripere, nisi ad suum episcopum in caena domini.
Coll.91.10	X	Ut baptizare non presumant nisi in duo tempora prefixa, id est uigilia pasche et uigilia pentecosten, si non propter morti { <i>corr. mortis</i> } periculum.
Coll.91.11	XI	Ut nulla pretia de baptizandis fidelibus exigantur. Quod si perpetrati fuerint deprehensi, moris sui sint periculo subdituri.
Coll.91.12	XII	Si de aliquibus in dubium omnimodis euenerit, utrum sint baptizati, absque ullo scrupulo baptizentur, his tamen uerbis premissis. ‘Non te rebaptizo, sed si non baptizatus es, baptizo te in nomine patris et filii et spiritu { <i>sic</i> } sancti.’ quoniam scriptum est: Impossibile est sine fide placere deo.
Coll.91.13	XIII	Nullus sit presbiter qui in ecclesia publice non doceat lingua quam auditores intellegant, fidem omnipotentis in unitate simpliciter credere, et ea que omnibus generaliter dicenda sunt, de malis euitandis siue de bonis [Fol. 45v] faciendis, et iudicio in resurrectione futuro. Si uero ipse uerbis manifeste explicare non poterit, petat sibi ea a doctore alio transcribi, qualiter aperte legat, quod, qui audiunt, intellegant, et qui amplius non potuerit, uel in his uerbis admoneat. ‘Penitentiam agite’ {Matth. 3,2}, ‘non adulterabis, non furtum facies’ {Matth. 19,18-20}, non periurabis, ‘nec homicidium facies, et non concupisces’ rem proximi tui, et ‘diliges proximum tuum sicut te ipsum’ {Rom. 13,9}.

- Coll.91.14 **XIII** Doceant etiam *presbiteri* *populum* quatuor legitima *temporum* ieiunia observare, hoc est mense martio, iunio, septembrio, et decembrio, quando sacri ordines iuxta statuta canonum aguntur.
- Coll.91.15 **XU** Iterum admoneant ut ieiunia tria legitima in anno agantur, id sunt xl dies ante *nativitatem domini*, et xl ante pascha ubi decimas anni solvimus, et post pentecosten, xl dies et noctes. Et licet omnibus diebus orare et abstinere conueniat, {*add. sup. lin. bis*} tamen temporibus amplius ieiuniis et penitentiae servire oportet. Preter hoc {*corr. haec*} tamen legitima tempora ieiuniorum omnes sexteferiae propter passionem domini ieiunantur, sed et sabbati dies a plerisque, propter quod in eo Christus iacuit in sepulchro [Fol. 46r] ieiunii consecratus abetur {*corr. habetur*}.
- Coll.91.16 **XUI** Dominicum diem secundum reuerentiam colite, opus servile, id est agrum, pratum, uineam, uel si qua grauiora sunt in eo non faciatis, nec causas nec calumpnias inter uos dicatis, tantum diuinis cultibus seruiatis, ‘a uespera usque ad uesperam’ {Lev. 23,32} dies dominicus seruetur.
- Coll.91.17 **XVII** Has siquidem precipuas festiuitates adnuntient *presbiteri*, de diebus dominicis sabbatizare, et natale domini uiii Kalendas ianuarias dies iii; In circumcissione domini Kalendis ianuariis diem i; In epiphania uiii idus ianuarias diem i; In purificatione sancte mariae iiii nonas februarias diem i; In pascha domini usque in octabas pasce dies uii; In ascensione domini diem i; In natale sancti iohannis baptiste uiii Kalendas iulias diem i; In passione sanctorum apostolorum petri et pauli iii Kalendas iulias diem i; In adsumptione sanctae mariae xiii Kalendas septembres diem i; In transitu sancti martini iii idus nouembres diem i; In passione sancti andreae apostoli ii Kalendas decembres diem i.
- Coll.91.18 **XVIII** Et adnuntient ipsi *presbiteri* eodem modo, sicut uesperascente sabbato sanctum pascha celebratur, ut ipsum diem pentecosten similiter celeberrimum habeant ut sanctum pascha, et ieiunium et missam et baptismum.
- Coll.91.19 **XVIII** Adnuncient [Fol. 46v] etiam unusquisque *presbiterorum* publice plebem ab inlicitis conubiis abstinere et secundum domini preceptum legitimum coniugium nequaquam posse ulla occasione separare, excepta causa fornicationis, nisi cum consensu amborum et hoc propter seruitium dei.
- Coll.91.20 **XX** Et adnuntient etiam *presbiteri* plebem ut primicias omnium frugum terre ad benedicendum adferant ad domos illorum, et sic postea inde manducant; et decimas ex fructibus et pecoribus terre annis singulis ad ecclesias reddant, et de nouem partibus, que remanserit {*corr. remanserint*} elemosinas faciunt {*corr. faciant*}, ut ex ipsis peccata sua redimant sicut scriptum est, ‘elemosina a morte liberat, et ipsa purgat peccata.’ Sicut in sapientia loquitur, ‘sicut aqua extinguit ignem ita elemosina extinguit peccata’.

- Coll.91.21 **XXI** Ut sacerdotes *ammoneant* uiris et mulieribus, ut adferant ad basilicas luminaria et incensum, et bucellam panis et *primicias frugum suorum* dent pauperibus.
- Coll.91.22 **XXII** Et adnuntient ut in ipsis *ęcclesiis* uerbosare non *presumant* {*corr. presumant*}, sed *cum* fletu et conpunctione cordis dei *misericordiam* implorent, [Fol. 47r] *tam pro se quam et proximis suis*, et quando *presbiter* cantat *missam*, *corda illorum semper* ad celestia intendant, et quando *sancta lectio*, id est *apostolum* et euangelium recitata fuerint, *cum silencio et deuota mente pariter* audiant, *sicut per moysen dicitur*, ‘audi *israhel* et tace.’ Et oblationes offerant et *communicare* faciant, et quando in ipsis *ęcclesiis* uenerint *tam in diebus dominicis quam et in sollempnitatibus sanctorum*, aliud ibi non agant nisi *quod supra intimaui*mus. Illas balationes et saltaciones et *circum illa cantica turpia et luxuriosa*, et illa lusa diabolica non faciant nec in plateis nec in domibus nec in ullo loco, *quia de paganorum consuetudine remansit*, et *qui ipsa fecerit canonicam sententiam* accipiat.
- Coll.91.23 **XXIII** Et adnuntient ut ad illos mortuos non agant *quod de paganorum ritu remansit*, sed unusquisque *deuota mente uel conpunctione cordis pro eius anima dei misericordiam implorare* faciant, et quando [eos] ad sepulturam portauerint, *illud ululatum excelsum* non faciant, sed *sicut scriptum est superius deuota mente et cum conpunctione cordis in quantum sensum* [Fol. 47v] habuerint, *pro eius anima dei misericordiam implorare* faciant. Et illi qui *psalmos non tenent excelsa voce canendo Kirieleyson christeleyson unum uirum inchoantibus mulieribus respondentibus* alta voce canere faciant *pro eius anima et super illum tumulum manducare et bibere* non faciant. Quod si fecerint *canonicam sententiam* accipiant.
- Coll.91.24 **XXIIII** Et *pro defunctis amicis et parentibus ieiunia et oblationes xxx dies* adimplere faciant, et *mortuum super mortuum* non mittant, et ipsa ossa *defunctorum foras terra* non dimittant.
- Coll.91.25 **XXV** Conpellingur quoque *statuta canonum* in hoc obseruare. Ut nullus *presbiter creditam sibi ęcclesiam sine consensu episcopi* derelinquat et *laicorum suasionem* ad *aliam* transeat.
- Coll.91.26 **XXVI** Ut nullus *presbiter* *sacra misteria nisi in locis consecratis pro contemptu ęcclesiae* agere *presumat*.
- Coll.91.27 **XXVII** Ut nullus in *ęcclesia consecrata* aliud altare erigere *presumat*, nisi *quod ab episcopo sanctificatum est*, ut sit *discretum*.
- Coll.91.28 **XXVIII** Nullus *presbiter* aut clericus *cum alio clerico causam habens* ad *iudicium secularem* procedere audeat, [Fol. 48r] sed ad *presbiteros*, aut si necesse sit, ab *episcopo* ad *concordiam* reuocentur.
- Coll.91.29 **XXIX** Nec ullus sane *presbiterorum cum extraneis mulieribus habitare* *presumat*, nisi *cum quibus sanctorum canonum permittit auctoritas*, id est *matre, sorore, amita uel matertera*.
- Coll.91.30 **XXX** Clerici *ędendi uel bibendi causa* *tabernas* non *ingrediantur* nisi *peregrinationis causa* coacti.

- Coll.91.31 **XXXI** Ut *episcopus*, *presbiter* et *diaconus* alator et ebriosus esse non debeat, similiter clerici et laici, si permanserint in alea, *communione* priuentur.
- Coll.91.32 **XXXII** Quoniam uero uenerandi canones et diuina *proibet* auctoritas *usuras* accipere, nullus hoc clericorum *facere presumat*, et in quantum potuerit {*corr.* potuerint}, laicis uetare studeant.
- Coll.91.33 **XXXIII** Si quis *presbiter* aut clericus *auguria* uel *diuinationes* aut *somnia* siue *sortes* seu *filateria* {*corr.* *filacteria*}, id est *scriptulas* [scriptulas?], obseruauerit, sciat se *canonum* subiacere uindictam.
- Coll.91.34 **XXXIII** Et quia uaria necessitate *prepedimur* de *doctrina* dei *canonum* *statuta* de *reconciliandis* *penitentibus* pleniter obseruare, ne tamen omnino *damnatur* {*corr.* *damnentur*}, curet unusquisque *presbiter* statim *post* acceptam [Fol. 48v] *confessionem* *penitentium*, singulos data *oratione* *reconsiliari* {*corr.* *reconciliari*}. *Morientibus* iam sine *cunctamine* *communio* et *reconciliatio* *prebeatur*.
- Coll.91.35 **XXXU** Et annis singulis bis in anno *sinodus* fiat.
- Coll.91.36 **XXXUI** Ut infra *monasteria* *inquirendum* de *sobrietate* et *castitate*, et de cetera *sancta* *religione*.
- Coll.91.37 **XXXUII** De *monasteriis* *minutis* ubi *nanes* {*corr.* *onnanes*} sine *regula* *sedent*, in *unum* *locum* *congregatę* *fiant*, et *earum* *claustra* sit bene *firmata*, et *episcopus* *prouideat* ubi *fieri* possit ut *regulare* *fiant*. *Nec* *abbatissam* eius *monasterii* liceat *contra* *regulam* *facere*.
- Coll.91.38 **XXXUIII** Quod *abbatissa* cum *suas* *dormiat* et *edat*¹ et *capitulum* *custodiat*, et *omnia* *prouideat* *sicut* *debet* et *oportet*, *secundum* *salutem* *animarum*.
- Coll.91.39 **XXXUIIIII** {*marg.* R} *Sanctaemoniales* qualicet *uita* *illorum* et *mores* *probantes* ante *annum* *etatis* *sue* *xlimum* non *uelantur*.
- Coll.91.40 **XL** *Mulieres* non *uelent* *altare* cum *corporali*, *neque* *oblaciones* *super* *altare* *neque* *calicem* *ponant*. *Neque* *stent* *inter* *ordinatos* *ęcclesie* *neque* *inconuiuio* *sedeant* *inter* *sacerdos* {*corr.* *sacerdotes*}.
- Coll.91.41 **XLI** *Mulieres* non est *licitum* alicubi *paenitentiam* *iudicare*, *quia* in *canone* *nulli* *licitum* est, [Fol. 49r] nisi *sacerdotibus*.
- Coll.91.42 **XLII** *Episcopo*, *presbitero*, *diacono* uel *ceteris* *clericis* siue *laicis* *horis* *preteritis* id est *matutinalis* *ad* *feminas* *proibeatur* *accessus*, tamen, si *causa* *fuerit*, cum *presbiterorum* aut *clericorum* *testimonia* *uideantur*.
- Coll.91.43 **XLIII** *Ad* *faciendam* uero *missam* uel *alia* *opera* *qui* *ingressi* *fuerint*, *statim* *accepto* *ministerio* *egredi* *festinent*. *Alius* *autem* *nec* *clericus* *nec* *monachis* {*corr.* *monachus*} *iuuenis* *ad* *puellarum* *congregationem* *habeat* *accessum* *etiam* *nec* *laici*.
- Coll.91.44 **XLIIII** *De* *monasteriis* *tam* *uirorum* *quam* *puellarum*, si *qua* *infra* *ipsa* *monasteria* *discordia* *generata* *fuerit*, *statim* *episcopus* *presbiteros* uel *seniores* *congregare* *faciat*, et *ab* *eis* *facta* *audientia* *quicumque*

¹ et edat] not in Fournier's transcription

- in culpa inuentus fuerit, si senior inuenitur anno integro
*communione suspendatur. Iuniores uero una minus xl ictus
accipiant, et si de ipsa congregatione aut abbatissa uel puella [sic]
quae ibi ordinantur audientiam pastoris sui audire despexerint,
duobus annis ab ecclesiae limitibus arceantur.*
- Coll.91.45 **XLU** Ut ille nonanes absque testes nihil accipiant uel reddant, et illa
abbatissa foras monasterio [Fol. 49v] non exeat, sine licentia
episcopi sui.
- Coll.91.46 **XLUI** Illud precipue uno ore consensimus inter nos, ut omnes basilicae
uel monasteria tam uirorum quam mulierum in potestate episcopi
consistant, ut {corr. et} non aliter agatur nisi per ipsius
ordinationem quod ibi necessarium fuerit.
- Coll.91.47 **XLUII** Sacrilegium quod dicitur cultura idolorum, omnia autem sacrilegia
et auguria sacrilegia sunt, et omnis illa observatio quae pagania
uocatur, quemadmodum sacrilegia mortuorum circa defuncta
corpora uel sepulchra illorum, siue auguria siue philacteria siue qui
immolant super petram, siue ad fontes, siue ad arbores ioue uel
mecurio {corr. mercurio} uel alia paganorum que omnia demonia
sunt, quod eis feriatos dies siue incantaciones uel multa alia quae
enumerari longum est, quae uniuersa iuxta iudicium sanctorum
sacramenti {corr. sacramentae} sunt a christianis uitanda et
detestanda.
- Coll.91.48 **XLUIII** Ut presbiteri modum debitum obseruent. Non crisma conficiant nec
consignent, nec presente quolibet episcopo nisi iubente ipso, uel
orare uel sedere presumant aut uenerabilia tractare [Fol. 50r]
misteria, nec acolitum, nec subdiaconum [faciant], quod si fecerint,
presbiterii dignitate et sacra communione priuentur.
- Coll.91.49 **XLUIIIII** Non licet Kalendis Ianuarii [uetolo aut ceruolo facere uel] strenas
diabolicas obseruare sed in ipso die [sic] sic omnia beneficia
tribuatur {corr. tribuantur}, sicut in aliis diebus.
- Coll.91.50 **L** Ut omnes presbiteri ante epiphaniam missos suos dirigant, qui eis
de printipio xlme nuntient, et in ipsa epiphania ad populum
indicatur.
- Coll.91.51 **LI** Non licet compensius in domibus propriis nec in uigilias in
festiuitate sanctorum, nec intrinsecus, aut ad arbores, uel ad fontes
uota soluere nisi, quicumque uotum habuerit, in ecclesia uigilet, et
matriculae ipsum uotum in pauperibus reddat, nec sculptile aut
pede aut manu homini ligneo fieri.
- Coll.91.52 **LII** Non licet ad sortilegos uel augurias respicere, nec ad carrigias uel
ad sortes quas sanctorum uocant, uel quas de ligno aut de pane
faciunt aspicere, nisi, quicumque homo facere uult, omnia in
nomine domini faciant.
- Coll.91.53 **LIII** Ut omnes presbiteri crisma petant, et si quis infirmitate detentus
uenire non potuerit, aut archidiacono suo, aut archisubdiacono
transmittat, sed chrismario et linteo sicut reliquie solent ita agant.

- Coll.91.54 **LIII** [Fol. 50v] Non licet in *ecclesia* choros *saecularium* uel *puellarum* cantica exercere, nec conuiuia in *ecclesia* preparare, quia scriptum est ‘domus orationis domus mea uocabitur’.
- Coll.91.55 **LU** Non licet *super* uno altare {*corr.* altario} in una die duas missas dicere. Et in altare, ubi *episcopus* missas dixerit *presbiter* in illa die missam non dicet.
- Coll.91.56 **LUI** Non licet in uigilia pasche, ante horam secundam noctis uigilias perexpedire. Et in ipsa nocte non licet *post* mediam noctem bibere nec in natale *domini*, nec in reliquis sollempnitates.
- Coll.91.57 **LUII** Non licet mortuis nec *eucharistiam* tradi, nec de uela uel palas {*corr.* pallas} corpora eorum inuolui.
- Coll.91.58 [L]UIII² Non licet *diacono* de uela uel pallas scapulas inuolui.
- Coll.91.59 **LUIII** Non licet in baptisterio corpora sepelire.
- Coll.91.60 **LX** Non licet *mortuum super mortuum* mitti.
- Coll.91.61 **LXI** Non licet in die dominico boues iungere.
- Coll.91.62 **XLII** {sic} Non licet *presbitero* nec *diacono* *post* accepto cibo uel poculo missam tractare, nec in *ecclesia* dum his dicuntur stare.
- Coll.91.63 **LXIII** Quod si *presbiter* quod nefas est dicere aut *diaconus* aut *subdiaconus* *post* acceptam benedictionem, *infantes* *procreauerint*, aut *adulterium* *commissierint* {*corr.* *commiserint*} et *archipresbiter* hoc *episcopo* aut *archidiacono* non *innotuerit*, integro anno non *communicet*. [Fol. 51r]
- Coll.91.64 **LXIII** Non licet *presbitero* *post* acceptam benedictionem in uno lectulo cum *presbitero* dormire, nec in peccati carnali comiseri nec *diacono* nec *subdiacono*.
- Coll.91.65 **LXU** Non licet *relictam* *presbiteri*, nec *relictam* *diaconi*, nec *subdiaconi*, *maritum* accipere.
- Coll.91.66 **LXUI** Non licet *presbitero* *inter* epulas cantare uel psallere.
- Coll.91.67 **LXUII** {*marg.* R} Non licet *presbitero* nec *diacono*, nec *subdiacono* a *trepalium* ubi rei torcuntur stare.
- Coll.91.68 **LXUIII** Non licet *presbiterum* nec *diacano* {*corr.* *diacanum*} uel *quemcumque* clericorum de qualibet causa [*conclericum* suum] ad *iudicem* *secularem* trahere.
- Coll.91.69 **LXUIII** Non licet *presbitero* nec *diacono* *quemquam* inscribere, sed in *uicem* suas causas si *abuerint* {*corr.* *habuerint*}, *fratrem* aut *quemcumque* *secularem* rogent.
- Coll.91.70 **LXX** **Quicumque** *iudex* aut *seculares* *presbiteros* aut *diaconos* aut *quemlibet* de clero aut de *iunioribus* *absque* *audientia* *episcopi* *archidiaconi* uel *archipresbiteri* *iniuriam* inferre *presumserit*, anno i ab *omnium* *christianorum* *consortio* *habeatur* *extraneus*.
- Coll.91.71 **LXXI** Non licet *abbati* nec *monacho* ad nuptias ambulare.
- Coll.91.72 **LXXII** Non licet *abbati* *filios* de *baptismo* habere, nec *monachum* *commatres* habere. Quod si *abba* *mulierem* in *monasterio* suo ingredi *permiserit*, aut *festiuitates* [Fol. 51v] aliquas *conspectare*

² Chapter is inserted in margin.

- preceperit, *tribus mensibus* in alio monasterio retrudatur, pane et aqua contentus.
- Coll.91.73 **LXXIII** Si monachus in monasterio *adulterium commiserit* aut *peculiarem* habere *presumserit* aut *furtum* fecerit, et hoc *per* [abbas per] se non emendauerit, *episcopo* uel archidiacono hoc innotuerit, ad penitentia *agendam* i anno in alio monasterio retrudatur.
- Coll.91.74 **LXXIII** Quicumque se *propria* uoluntate in aqua iactauerit, aut collo ligauerit, aut de arbore *precipitauerit*, aut ferro *percusserit*, aut qualibet occasione uolunter {*corr.* uolenter} se morti tradederit {*corr.* tradiderit}, *istorum* oblata non recipiantur.
- Coll.91.75 **LXXU** Non licet *absque* paschae sollempnitate ullo tempore baptizare, nisi illos quibus mors uicina est, quos *grauitarios* dicunt. Quod si *quis* in alio pago contumacia faciente *post interdictum* hunc infantes suos ad baptisterium detulerit, in *ecclesias nostras* non recipiantur; et quicumque *presbiter* extra *nostro* *permissu* recipere *presumpserit*, *tribus mensibus* a *communione ecclesiae* extraneus sit.
- Coll.91.76 **LXXUI** Non licet ut *quis* suam *nouercam* accipiat uxorem.
- Coll.91.77 **LXXUII** Non licet ut *filiam* uxoris suae *quis* accipiat. [Fol. 52r]
- Coll.91.78 **LXXUIII** Non licet ut *relictam fratris* sui *quis* in matrimonio ducat.
- Coll.91.79 **LXXUIII** Non licet duas sorores si una mortua fuerit alteram in coniugium accipere.
- Coll.91.80 **LXXX** Non licet *consabrinam* *idem* qui de duos *fratres* aut de duas sorores *procreantur* in coniugium accipere, nec *qui* de ipsis nati fuerint in coniugio *socientur*.
- Coll.91.81 **LXXXI** Non licet ut *nepos* uxorem auunculi accipiat.
- Coll.91.82 **LXXXII** Non licet mulieri nuda manu *eucharistiam* accipere.
- Coll.91.83 **LXXXIII** Non licet ut mulier manu sua ad *pallam dominicam* mittat.
- Coll.91.84 **LXXXIII** Ut unaqueque mulier quando *communicat dominicalem* suum habeat, quod si non habuerit, *usque ad alium diem dominicum* non *communicet*.
- Coll.91.85 **LXXXU** Si *quis presbiter* aut *quilibet* de clero aut de populo *excommunicat* et *absque* uoluntate *allius qui* eum *excommunicauit* sciens {*add. sup. lin. quis*} receperit, aut *cum* illo panem manducauerit uel *conloquium* habere decreuerit, simili *sententia* subiacebit, q[*uoniam*] non licet *cum* *excommunicato* *communicare*.
- Coll.91.86 **LXXXUI** *Episcopus* quando uoluerit *benedicat* *chrisma* [Fol. 52v] *presbiter* autem non *benedicet*.
- Coll.91.87 **LXXXUII** *Episcopus* sine *palleo* {*corr.* *pallio*} *missam* dicere non *presumat*.
- Coll.91.88 **LXXXUIII** *Benedictionem* in *ecclesia* *super plebem* fundere, aut *paenitentiam* in *ecclesia* *reconciliare*, *presbitero* *penitus* non *licebit*.
- Coll.91.89 **LXXXUIII** *Missas* die *dominico* a *secularibus* totas teneri speciali *ordinatione* *precipimus*, ita ut ante *benedictionem* *sacerdotis* egredi non *presumat*. Quod si fecerint, ab *episcopo* publice *confundantur*.
- Coll.91.90 **XC** Nullum *perturbari* *excessibus* *mocionem*, *qui* a *tronum* dei *uocantur*.

Coll.91.91 XCI

{*marg. R*} Si homo incestum commiserit de istis causis, de deo sacrata, aut *commatre* sua, aut cum *matrina* sua de fonte uel confirmatione, aut *cum* matre et filia, aut *duobus* sororibus aut *cum* *fratris* filia, aut sororis filia, aut nepte, aut *cum* consobrina, aut cum amita uel *matertera* de istis capitulis si habuerit, *pecuniam* {*corr. pecuniam*} suam *perdat*, et si se emendare noluerit nullus eum recipiat, nec *cibum* ei donet, et si fecerit *xl solidos* domno regi *conponat*, usque dum ipse homo se correxerit. Et si *peccuniam* non habet et *liber est*, *mittatur* in *carcerem* usque ad *satisfacionem*. Si *seruus* aut *libertus est*, *uapuletur* plagis multis; et si *dominus* suus *permiserit* amplius in *talem* cadere *lapsu*m, ipsos *xl solidos* domno regi *conponat*.

De *ecclesiasticis* iam si *bona persona* fuerit *perdet* *honorem* suum.

De *minoribus* iam, *uapuletur*, aut in *carcere* *mittantur*.

De *presbiteris* aut clericis sic *ordinamus*, ut *archidiaconus* *episcopi* eos ad *sinodum* *commoneat* una *cum* *comite*, et si *quis* *contemserit*, *comes* eum *distringere* *faciat* ut *presbiter* aut *defensor* suus *lx solidos* *conponat*, et sic ad *sinodum* *ueniat*, et *episcopus* ipsum *presbiterum* aut clericum *iuxta* *canonicam* *auctoritatem* *diudicare* *faciat*, *solidi* iam *lx* de *ipsa* *causa* in *sacello* *regis* *ueniant*, et si *aliquis* *per* *uiolentia* *talem* *presbiterum* aut clericum uel *incestuosum* *contradixerit* tunc *comes* *ipsam* *personam* *per* *fideiussores* *positam* ante *regem* *faciat* *uenire*, una *cum* *misso* *episcopo* {*corr. episcopi*}, et *domnus* *rex* *distringat* ut *ceteri* *emendentur*.